ac suos Successores ad eadem omnia inscribunt et obligant praesens Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad evictorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castren Capitan Praemyslien Terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque monitiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo praemissaque omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus factaque litis Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneque ac aliis quibusvis Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec alio quovis modo evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Sexta pridie Festi Sancti Martini Pontificis Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 10/XI

Terlecki Consorti Suae Advitalitatem Inscribit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus

2448

Coram Actis Castren Capitan Praemyslien Nobilis Alexander Perlecki Petrylowicz olim Nobilis ac Venerabilis Iwan Perlecki ritûs Graeci in bonis villae Kosochy sitae et consisten Praesbyteri cum Nobili olim Anna Polanska Consorte eius lgma procreat filius sanus mente et corpere existens à Terris Districtibus Juribus Juris dictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praenti vero Castren Capitan Praemyslien Juris dictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Anna Perlecka nobilis olim Wasko Perlecki Lechnowiczy ... dicti cum Nobili olim Nastasia Perlecka Lechnowiczanka Consorte eius legitima procreata filia sui vero Recognoscenti Consorti lgmae super omnibus generaliter bonis suis haereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus sum misque pecuniariis quibusvis habitis et habendis necnon auro argento stanno cupro aere ... monilibus ... bus margaretis vestibus vestimentis pecoribus pecudibus equis equirea totaque supellectili domestica in quacunque forma et materia existen nunc habitis et in post habendis advitalitatem et usum fructum ad extrema durante vita ... in scripsit et concessit prout inscribit et concedit praesentibus. tali videlicet modo. Quod si praius praefatum nobilem Alexandrum Perlecki Petrylowicz Recognoscentem maritum quam praedictam nobilem Annam Perlecka sui Recognoscentis Consortem mori et de hac luce decedere contingerit extunc eadem nobilis Anna Perlecka Consors sua bona generaliter omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia resque supra scriptas omnes more eiusdem mariti sui de-

No 2449

relinquen cum omni eorundem iure dominio et proprietate omnibus et singulis bonorum eorundem rerumq supraseriptarum utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis obventionibus attinen et pertinen generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisq quiete et pacifice uti fruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, post mortem vero et de hac luce decessum supra sonit praenobilis Annae Serlecka consortis suae extunc bona eadem suprascripta omnia ad successores praefati nobilis Alexandri Serlecki mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successorum praefatae nobilis Annae Serlecka coniugis suae cum pleno iure eorundem bonorum praemissorumq omnium devolventur.

Feria Tertia ante Festum Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo.

Strus Pocillator Vieluneń Inscriptionem Approbat.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus